In die Penthecoſtes Introitus.

S Piritus domi/
ni repleuit orbē
terraꝝ allła et h
qd cōtinet oīa
ſciam habet vo
cis allła allła al.
Ps. Cōfirma h deꝰ qd operatꝰ es
in nobis a tēplo ſctō tuo quod ē in
iheruſalē. Gloria in excelſis et
Credo dicūtur ꝑ ebdomadam.
Deus q̄ hodierna (Collecta.
die corda fideliū ſanctiſpūs
illuſtracione docuiſti da nob in eo
dē ſpū recta ſape: ⁊ de eiꝰ ſp cōſola
cione gaudere. P. eiuſdem.

Lectio actuū apoſtolorum. h.

In diebꝰ illis. Dū ꝯplerētur
dies penthecoſtes: erāt oēs
diſcipuli parit̄ in eodē loco. Et fa/
ctus ē repēte de celo ſonꝰ: tanq̄ ad/
uenientis ſpūs vehemētis ⁊ reple
uit totā domū. vbi erāt ſedētes Et
apparuerūt illis diſptite lingue tā/
q̄ ignis: ſeditq̄ ſupra ſingulos eo
rū. Et repleti ſūt oēs ſpūſancto: ⁊
ceperūt loq̄ varijs liguis: ꝓut ſpi
ritusſanctꝰ dabat eloqui ill̄. Erāt
aūt in ihr̄lm habitātes iudei viri
religioſi. ex omī nacione q̄ ſub ce/
lo ē. Facta āt hac voce ꝯuenit mul
titudo: et mente cōfuſa eſt. qm̄ au
diebat vnuſq̄ſq̄ lingua ſua illos
loquētes. Stupebant aūt oēs: et
mirabātur dicentes. Nonne ecce
oēs iſti qui loquūtur galilei ſunt?
Et quō nos audiuimꝰ vnuſquiſq̄
linguā noſtrā in qua nati ſumꝰ?
Parthi et medi et elamite: et qui
habitant meſopotamiā. iudeam
et capadociam. ponthū et aſpam
phrygiam et pamphiliā. egyptū
et partes lybie que eſt circa cyre/
nen: et aduene romani. Iudei q̄q̄
et proſeliti: cretes ⁊ arabes. Audi
uimus eos loquētes: noſtris lin/
guis magnalia dei.
Allła. v̄. Emitte ſpm̄ tuū ⁊ crea/
būtur et renouabis faciē terre.
Allła. v̄. Veni ſancte ſpūs reple
tuoꝝ corda fideliū ⁊ tui amoris in
eis ignē accende.

Sequencia.

Sancti ſpiritus aſſit nob gra
cia Que corda noſtra ſibi fa
ciat habitaculū. Expulſis inde
cūctis vicijs ſpiritalibꝰ. Spiritꝰ
alme illuſtrator hominū Horri
das noſtre mētꝭ purga tenebras.
Amator ſancte ſenſatoꝝ ſemꝑ co
gitatuū. Infunde vnctionē tuā
clemēs noſtris ſenſibꝰ. Tu puri/
ficator omniū flagicioꝝ ſpiritus.
Purifica noſtri oculum interio
ris hoīs. Vt videri ſupremꝰ geni
tor poſſit a nobis. Mundi cordis
quē ſoli cernere poſſūt oculi Pro
phetas tu iſpiraſti vt p̄conia chri/
ſti p̄cinuiſſent inclita Apoſtolos
confortaſti vti tropheū chriſti ꝑ to

tum mũdũ veherent. Qñ madhi nã ꝑ verbũ ſuũ fecit de⁹ celi terre mariũ. Tu ſup aquas fotur⁹ eas numẽ tuũ expãdiſti ſpũs. Tu aĩabus viuificãdis aquas fecundas Tu aſpirãdo das ſpiritales eſſe hoĩes. Tu diuiſum ꝑ liguas mũdum et ritus adunaſti domĩe. Idolatras ad cultũ dei reuocas magiſtroꝝ optime Ergo nos ſupplicantes tibi exaudi ꝓpici⁹ ſancte ſpirit⁹. Sine quo preces oẽs caſſe credũtur et indigne dei auribus. Tu qui omniũ ſeculoꝝ ſanctos Tu i numinis docuiſti inſtictu amplectendo ſpiritus Ipſe hodie apoſtolos chriſti Donãs munere inſolito et cũctis inaudito ſeculis. Hunc diẽ glorioſũ feciſti. ℣. A. i. t. D. i. d. ſ. S Johẽz. xiiij. Si qs diligit me. ſermonem meũ ſeruabit. Et paẗ me⁹ diliget eũ. ⁊ ad eũ veniem⁹ ⁊ manſionem apud eũ faciem⁹. Qui non diligit me: ſermones meos nõ ſeruat Et ſermonẽ quẽ audiſtis nõ eſt me⁹: ſed ei⁹ q̄ miſit me pr̄is. Hec locut⁹ ſũ vobis apud vos manẽs. Paraclytus ãt ſpũſanct⁹ quẽ mittet pater in noĩe meo. ille vos docebit õnia: ⁊ ſuggeret vobis oĩa q̄cumq3 dixero vobis Pacẽ relinquo vobis. pacẽ meã do vobis. Non quõ mũdus dat: ego do vobis. Nõ turbetur coꝛ veſtꝝ neq3 formidet. Audiſtis quia ego dixi vobis: vado et venio ad vos. Si diligeretis me. gauderetis vtiq3 quia vado ad patrẽ: quia pater maioꝛ me ẽ Et nũc dixi vobis priuſq̄ fiat: vt cũ factũ fuerit credatis. Jam nõ multa loquar vobiſcũ. Venit eñ princeps mũdi hui⁹: et in me nõ habet quicq̃. Sed vt cognoſcat mũdus quia ego diligo patrẽ: ⁊ ſicut mandatũ dedit michi pater: ſic facio. Off.

Confirma hoc de⁹ qd̃ opatus es in nobis a tẽplo tuo qd̃ eſt in iheruſalẽ tibi offerẽt reges munera alleluia. Secreta.

Munera qs̃ dñe oblata ſanctifica. ⁊ coꝛda nr̃a ſãctiſpũs illuſtratione emũda. P. eiuſdẽ Prefacio Qui aſcẽdens ſup oẽs. vſq3 i octauã Cõicantes. et Hanc igiẗ. durãt in feriã ſextã poſt pẽthecoſ.

Cõ. Factus ẽ repẽte de celo ſonus aduenĩẽtis ſpũs vehemẽtis vbi erãt ſedẽtes all'a. ⁊ repleti ſũt oẽs ſpũſancto loquentes magnalia dei all'a all'a. Cõplenda.

Sanctiſpũs dñe coꝛda nr̃a mundet infuſio: ⁊ ſui roꝛis intima aſpſione fecũdet. Per. eiuſdem.

Feria ſecunda Introitus.

Cibauit eos ex adipe frumẽti alleluia. et de petra melle ſaturauit eos alleluia all'a all'a.

Ps. Exultate deo adiutoꝛi noſtro iubilate deo iacob. Collecta.

Deus qui apoſtolis tuis ſan·
ctū dediſti ſpiritum. cōcede
plebi tue pie peticioīs effectū vt q̄
bus dediſti fidem largiaris et pa/
cem. Per. eiuſdem.

Lectio actuum apoſtolorum. x.

In diebus illis. Aperiens pe/
trus os ſuū: dixit. Viri frēs ⁊
patres: nobis p̄cepit dn̄s p̄dicare
populo et teſtificari: q̄a ipſe ē qui
cōſtitutus eſt a deo iudex viuoꝝ et
mortuoꝝ. Huic oēs ꝓphete teſtio/
niū phibent remiſſionē peccatoꝝ
accipe per nomē eius omēs q̄ cre/
dunt in eū. Adhuc loquente petro
verba hec cecidit ſpūſanct⁹ ſuper
oēs qui audiebāt verbū: ⁊ obſtu/
puerūt ex circūciſione fideles qui
venerant cū petro. quia ⁊ in nacō
nes grā ſpūſancti effuſa ē. Audie
bāt eī̄ illos loquētes linguis. et
magnificātes deū. Tunc rn̄dit pe
trus. Nūquid aqua? Quis ꝓhibe
re poteſt vt nō baptizent hij q̄ ſpi/
ritūſanctū accepert ſicut et nos?
Et iuſſit eos baptizari in nomine
dn̄i nr̄i iheſu chriſti. Alla. V.
Loq̄bātur varijs linguis apoſtoli
magnalia dei. Alla. V. Veni
ſancte ſpūs reple tuoꝝ corda fide/
liū ⁊ tui amoris in eis ignē accēde

Veni ſancte ſpūs Sequēcia
et emitte celit⁹ lucis tue ra
diū. Veni pater pauperū veni da
tor munerū veni lumē cordiū Cō
ſolator optime dulcis hoſpes ani
me dulce refrigeriū. In labore re
quies in eſtu temperies ī fletu ſo/
laciū O lux beatiſſima reple cor/
dis intima tuoꝝ fidelium. Sine
tuo numine nichil eſt in lumie ni/
chil ē innoxiū Laua qd̄ eſt ſordi
dum riga qd̄ eſt aridū ſana qd̄ eſt
ſauciū. Flecte quod eſt rigidū fo·
ue quod ē frigidū rege qd̄ eſt deui
um Da tuis fidelib⁹ in te cōfidē
tibus ſacꝝ ſeptenariū. Da virtu
tis meritū da ſalutis exitū da per
henne gaudiū. S Johem. iiij.

In il. t. Di. ihe. diſ. ſ. Sic deus
dilexit mundū vt filiū ſuum
vnigenitū daret. vt oīs qui credit
in eum. nō pereat: ſed habeat vi/
tam eternā. Non eī̄ miſit de⁹ fili
um ſuū in mundū vt iudicet mun
dū: ſed vt ſaluet̄ mūdus ꝑ ipſum.
Qui credit in eū: nō iudicat̄. Qui
aūt nō credit iā iudicat⁹ eſt: q꞉ non
credit ī noīe vnigeniti filij dei Hoc
eſt āt iudiciū: q꞉ lux venit in mūdū
et dilexert hoīes magis tenebras
q̄ lucē. Erāt eī eoꝝ mala opa Oīs
eī̄ q̄ male agit odit lucē: ⁊ nō veīt
ad lucē. vt nō arguātur opa eius.
Qui āt facit veritatē venit ad lu/
cē: vt manifeſtent̄ opa ei⁹. q꞉ ī deo
ſunt facta. Offer. Emitte ſpi/
ritū tuū et creabūtur et renouabi
faciem terre ſit gloria domini in
ſecula alleluia. Secreta.

P ropicius q̃s dñe hec dona ſan
ctifica. ⁊ hoſtie ſpũalis oblacione
ſuſcepta noſmetipſos tibi perfice
munꝰ eternũ. Per. Cõ. Spiri
tuſſanctus docebit vos all'a que/
cũq; dixero vob all'a all'a. Cõplẽ.
A desto q̃m̃s dñe ꝓplo tuo et quẽ
myſterijs celeſtibꝰ imbuiſti ab ho
ſtium furore defende. Per.
A Ccipite Feria.iiij. Introitꝰ.
iocũditatẽ glorie veſtre all'a
grãs agẽtes deo all'a q̇ vos ad cele
ſtia regna vocauit al.al.al. Ps.
Attẽdite ꝓpl'e meꝰ legẽ meã iclina
te aurẽ veſtrã in verba oris mei.
A ſſit nobis q̃s dñe Collecta.
virtus ſpũſſancti. que ⁊ cor
da nr̃a clemẽter expurget. ⁊ ab oĩ
bus tueatur aduerſis. P. eiuſdẽ.
Lectio actuũ apoſtolorum. viij.
I N diebus illis. Cũ audiſſent
apoſtoli qui erãt iheroſoly/
mis quia recepit ſamaria verbũ
dei. miſerũt ad eos petꝝ et iohem
Qui cũ veniſſent: orauerũt pro ip
ſis. vt accipent ſpiritũſanctũ. Nõ/
dum eñi in quemq̃ illoꝝ venerat
ſed baptizati tm̃ erant in noĩe dñi
iheſu. Tunc iponebant manꝰ ſup
illos: ⁊ accipiebãt ſpiritũſanctũ.
A lleluia. vſ. Verbo dñi celi fir/
mati ſunt et ſpũ oris eius oĩs vir/
tus eoꝝ. A lleluia. v. Veni ſan
cte ſpũs reple tuoꝝ corda fideliũ
et tui amoris in eis ignẽ accende.

Secũdum Iohãnem. x.
I N il. t. D. i. d. ſ. Amẽ amẽ dico
vob: q̇ nõ itrat ꝑ oſtiũ in oui
le ouiũ. ſed aſcẽdit aliũde: ille fur
eſt et latro. Qui aũt intrat ꝑ oſtiũ
paſtor ẽ ouiũ. Huic oſtiarꝰ apit ⁊
oues vocẽ eius audiũt. Et ꝓprias
oues vocat noĩatim: et educit eas
Et cũ ꝓprias oues emiſerit. ante
eas vadit ⁊ oues illũ ſequũtur. q̈
ſciũt vocem eius. Alienũ ãt non ſe
quũtur. ſed fugiũt ab eo: quia nõ
nouerũt vocem alienoꝝ. Hoc pro
uerbiũ dixit eis iheſus Illi ãt non
ꝯgnouerũt: q̇d loqueretᷣ eis Dixit
ergo eis iteꝝ iheſus. Amẽ amẽ di/
co vobis: quia ego ſum oſtiũ ouiũ
Oẽs quot q̇t venerũt fures ſũt et
latrones: ſed nõ audierũt eos oues
Ego ſum oſtiũ. Per me ſi q̇s itro/
ierit: ſaluabitᷣ Et ingredietᷣ ⁊ egre
dietur. et paſchua inueniet. Fur
nõ venit niſi vt furetᷣ. ⁊ mactet et
ꝑdat. Ego veni vt vitã habeãt: et
habũdancius habeãt. Offer.
C onfirma hꝯ deꝰ q̇d opatꝰ es ĩ no
bis a tẽplo tuo q̇d eſt in iheruſalẽ
tibi offerẽt reges munera all'a.
P urificet nos q̃s dñe Secreta
muneris p̃ntis oblacio: ⁊ dignos
nos ſacra ꝑticipacione ꝑficiat. P.
Cõ. Spũs q̇ a patre ꝓcedit all'a
ille me clarificabit all'a alleluia.
M entes noſtras Cõplenda.
q̃m̃s dñe ſpirituſſanctus diuinis

reparet ſacramentis: q: ipſe ē re/
miſſio oim pctoꝝ. P dñm. eiuſdē.

Feria. iiij. q̄tuoꝛ tpm̄ Introitus.

DEus dū egredereris coꝛam
populo tuo alľa. iter faciēs
eis alľa habitās in illis alľa alľa.
Ps. Exurgat deus ꝛ diſſipentur
inimici eius. ꝛ fugiāt q̄ oderūt eū
a facie eius. Gloria in excelſis
finito dr tm̄ Orem⁹ ſine Dñs
vo. nec dr Flecta. ge. Collecta

Mentes noſtras qm̄s dñe pa
clyt⁹ q̄ a te ꝓcedit illuminet:
et inducat in oēm ſicut tuus ꝓmi
ſit filius veritatē. Qui te. eiuſd.

Lectio libri Sapiencie. primo.

IN dieb⁹ illis. Dixit ſalomon
filijs iſrl. Diligite iuſticiā: q̄
iudicatis terrā. Sentite dño i bo/
nitate: ꝛ in ſimplicitate coꝛdis q̄ri
te illū. Q̄m inuenit ab hijs q̄ non
temptāt illū: apparet āt eis q̄ fidē
habēt in illū. Peruerſe em̄ cogita
ciones ſepant a deo: ꝓbata āt vir
tus coꝛripit inſipiētes. qm̄ in ma/
liuolā aiam nō introibit ſapiēcia
nec habitabit i coꝛpe ſubdito pec/
catis. Sāctus ei ſpūs diſcipline ef
fugit fictū: ꝛ auferet ſe a cogitacō
nib⁹ q̄ ſūt ſine intellectu. ꝛ coꝛripi
etur a ſupueniēte iniq̄tate. Beni
gnus ē em̄ ſpūs ſapiēcie: ꝛ nō libe
rabit maledictū a labijs ſuis Q̄m
renū illi⁹ teſtis ē deus: ꝛ coꝛdis illi
us ſcrutatoꝛ ē ver⁹. ꝛ ligue illi⁹ au
ditoꝛ: qm̄ ſpūs domi repleuit oꝛbē
terraꝝ: ꝛ hoc qd̄ cōtinet oia ſcienci
am habet vocis. Alľa. v. Para
clytus ſpūs ſanct⁹ quē mittet paẗ
in noie meo ille vos docebit oēm
veritatē. Alľa. non repetatur.
Dñs vo. ſine Flectam⁹ genua.

PReſta q̄s ops ꝛ miſeri Coll.
coꝛs de⁹: vt ſpūſſanct⁹ adue
niēs. tēplū nos gl̄e ſue dignāẗ in
habitādo ꝑficiat. Per. eiuſdem.

IN dieb⁹ ill. Lcō act apl̄o. ij.
Stās petr⁹ cū vndeci. eleua/
uit vocē ſuā: ꝛ locut⁹ ē eis. Viri iu
dei ꝛ q̄ habitat⁹ ihr̄lm vniuerſi: h̄
vobis notū ſit. ꝛ aurib⁹ ꝑcipite v̄/
ba mea Nō ei ſicut vos eſtiatis hij
ebrij ſūt cū ſit hoꝛa diei t̄cia: ſed h̄ ē
qd̄ dcm̄ eſt ꝑ ꝓpheta iohel. Et erit i
nouiſſimis dieb⁹ dr dñs: effundā
de ſpiritu meo ſup oēm carnē. ꝛ ꝓ
phetabūt filij vr̄i ꝛ filie vr̄e. Iuue
nes veſtri viſiones videbūt: et ſe/
nioꝛes veſtri ſompnia ſompnia/
būt. Et q̄dē ſup ſeruos meos et ſu
per ācillas meas in dieb⁹ ill' effun
dā de ſpiritu meo: ꝛ ꝓphetabūt Et
dabo ꝓdigia i celo ſurſū: ꝛ ſigna i
terra deoꝛſū. ſanguinē ꝛ ignem ꝛ
vapoꝛē fumi. Sol ꝯuertet in tene
bꝛas ꝛ luna in ſanguinē: āteq̄ȝ ve
niat dies dñi magn⁹ et manifeſt⁹
Et erit: ois quicūq̄ȝ iuocauerit no
men domini: ſaluus erit.
Alľa. v. Veni ſancte ſpiritus re

ple tuoꝝ corda fideliū et tui amo/
ris in eis ignem accende.

Secūdum Johānem.vi.

In il.t. Di.ihe.diſ.ſ. Nemo pt
venire ad me niſi pater q̄ mi
ſit me traxerit eū:⁊ ego reſuſcita/
bo eū in nouiſſimo die. Eſt ſcriptū
in ꝓphetis. Et erunt oēs docibiles
dei. Oīs qui audiuit a patre meo
et didicit: venit ad me Nō quia pa
trē vidit quiſq̄: niſi is q̄ eſt a deo h
videt patrē. Amen amē dico vob:
qui credit in me habet vitā eternā
Ego ſum panis vite. Patres vr̄i
māducauerūt māna in deſerto et
mortui ſunt. Hic eſt panis de celo
deſcendens: vt ſi quis ex ipſo mā/
ducauerit non moriat̄. Ego ſū pa
nis viuus qui de celo deſcendi. Si
quis manducauerit ex hoc pane:
viuet in eternū. Et panis quē ego
dabo: caro mea eſt ꝓ mūdi vita.

Offer. Emitte ſpiritū tuū ⁊ cre
abuntur et renouabis faciē terre
ſit gloria dn̄i in ſecula alleluia.

Accipe qs̄ dn̄e mu Secreta.
nus oblatū et dignāter opare: vt
qd̄ myſterijs agim⁹ pijs affectib⁹
celebremus. Per. Cō. Pacem
meā do vobis all'a. pacem relinq̄
vobis all'a all'a. Cōplenda.

Sumētes dn̄e celeſtia ſacramē
ta: queſum⁹ clemēciam tuā: vt qd̄
temporaliter gerim⁹ eternis gau
dijs ꝯſequamur. Per dominū.

Feria.v. Introit⁹ Spūs dn̄i ꝑ to/
tū vt in die ſancto. Collecta.

Da q̄s eccleſie tue miſericors
deus: vt ſpirituſancto con/
gregata hoſtili nullaten⁹ incurſi
one turbet̄. P Lcō act. aploꝝ. viij.

In dieb⁹ illis. Philippus deſ/
cendens in ciuitatē ſamarie
p̄dicabat illis chriſtū. Intendebāt
aūt turbe hijs q̄ a philippo dicebā
tur. vnanimit̄ audiētes et viden/
tes ſigna q̄ faciebat. Multi eīm eo
rū q̄ habebāt ſpūs imundos: cla/
mātes voce magna exibāt Multi
aūt palptici ⁊ claudi curati ſūt Fa
ctū eſt ergo gaudiū magnū: i illa
ciuitate. Scdm lucam.ix.

In il.t. Cōuocatis ih̄s duode/
cim apoſtolis ſuis dedit illis
virtutē et poteſtatē ſup oīa demo
nia: ⁊ vt lāguores curarēt. Et mi/
ſit illos p̄dicare regnū dei: ⁊ ſana/
re infirmos. Et ait ad illos Nichil
tuleritis in via. neq; virgā. neq;
perā. neq; panē. neq; pecuniā. ne
q; duas tunicas habeatis. Et i quā
cūq; domū itraueritis. ibi mane/
te. ⁊ inde ne exeatis. Et q̄cūq; non
receperint vos: exeūtes de ciuita
te illa: eciā puluerē pedū veſtroꝝ
excutite i teſtioniū ſup illos Egreſ
ſi āt circuibāt p caſtella: euāgelizā
tes et curātes vbiq;. Secreta.

Uirtute ſcī ſpūs dn̄e mūera nr̄a
cōtinge: vt qd̄ ſolēpnitate p̄ſenti

tuo nomini dedicauit: et intelligi
bile nobis fiat et eternũ. P.
S acramẽtis dñe Cõplenda.
celeſtibꝰ operante ſpũſancto vicia
noſtra purgẽtur: vt mũeribꝰ tuis
poſſimꝰ ſemꝑ aptari. Per dñm.

R Feria ſexta Introitus.
Epleatur os meũ laude tua
all'a. vt poſſim cãtare all'a gaude/
bunt labia mea dũ cãtauero tibi
all'a all'a. Ps. In te dñe ſꝑaui nõ
cõfundar ineternũ: in iuſticia tua
libera me ⁊ eripe me. Collecta.
A nnue miſericors deꝰ. vt q̃ di
uina ꝑcepta violando a pa/
radyſi felicitate decidimꝰ ad eter/
ne beatitudinis redeamꝰ acceſſũ.
per tuoꝝ cuſtodiã mãdatoꝝ. Per.

Lectio actuũ apoſtoloꝝ. ij.
I N diebꝰ illis. Aperiens petrꝰ
os ſuũ dixit. Viri iſrahelite:
audite verba hec. Jheſum nazare
nũ viꝝ approbatũ a deo in vobꝭ vir
tutibꝰ ꝓdigijs ⁊ ſignis. q̃ fecit ꝑ il/
lũ deꝰ in medio veſtri. ſicut vos ſci
tis. Hũc definito ꝯſilio ⁊ ꝑſciencia
dei. traditũ ꝑ manꝰ iniquoꝝ: affi/
gẽtes interemiſtis. Quẽ deꝰ ſuſci
tauit ſolutis doloribꝰ inferni: iux/
ta qđ ĩpoſſibile erat teneri illũ ab
eo. Dauid eñ dĩt in eũ. Prouidebã
dñm in ꝯſpectu meo ſꝑ: q̃m a dex/
tris ẽ michi ne cõmouear. Propť
hoc dilatatũ ẽ cor meum: ⁊ exulta
bit lingua mea. inſuꝑ ⁊ caro mea
requieſcet in ſpe. Qm̃ nõ derelin/
ques aĩam meã in ĩferno: neqꝫ da
bis ſanctũ tuũ videre corrupcio/
nem Notas michi feciſti vias vite
replebꝭ me iocũditate cũ facie tua.
A lla. ỽ. Spũs dñi repleuit or/
bẽ terraꝝ: ⁊ hoc qđ cõtinet oĩa ſciẽ
ciã habet vocis. A lla. ỽ. Veni
ſancte ſpũs reple tuoꝝ corda fide/
liũ. et tui amoris ĩ eis ignẽ accẽde.

I N illo tꝑe. S lucam. v.
Factũ eſt in vna dieꝝ ⁊ ipſe ſe
debat docẽs. Et erãt phariſei ſedẽ
tes ⁊ legis doctores q̃ venerant ex
oĩ caſtello galilee. ⁊ iudee. ⁊ ihe/
ruſalẽ. et virtus dñi erat ad ſanã/
dũ eos Et ecce viri portãtes homi
nẽ in lecto. q̃ erat ꝑalyticꝰ: et que/
rebãt eũ inferre. ⁊ ponere añ illũ.
Et nõ inueniẽtes qua ꝑte illũ in/
ferrẽt pre turba aſcenderũt ſupra
tectũ ⁊ ꝑ tegulas ſubmiſerũt illũ
cũ lecto in mediũ. ante iheſũ Quo
rũ fidẽ vt vidit: dixit Homo remit
tũtur tibi peccata tua. Et ceperũt
cogitare ſcribe et phariſei: dicen/
tes. Quis eſt hic q̃ loquitꝛ blaſphe
mias? Quis põt dimittere pecca/
ta niſi ſolus deꝰ? Vt cognouit aũt
iheſus cogitaciones eoꝝ: reſpon/
dens dixit ad illos. Quid cogitatꝭ
in cordibꝰ veſtris? Quid ẽ facilius
dicere. dimittuntꝛ tibi peccata. an
dicere ſurge et ãbula? Vt ſciatꝭ aũt
qꝫ filius hoĩs habet poteſtatẽ ĩ ter

ra dimittere peccata ait paralyti
co. Tibi dico ſurge: tolle lectũ tuũ
et vade in domũ tuã. Et cõfeſtim
ſurgens corã illis tulit lectũ i quo
iacebat: ⁊ abijt in domũ ſuã mag
nificans deũ. Et ſtupor apprehen/
dit oẽs ⁊ magnificabãt deũ. Et re
pleti ſunt timore dicẽtes: quia vi/
dimus mirabilia hodie. Offer.

E mitte ſpiritũ tuũ et creabũtur
et renouabis faciẽ terre ſit gloria
domini in ſecula all'a. Secreta.

S acrificia dñe tuis oblata con/
ſpectibꝰ ignis ille diuinꝰ aſſumat:
q̇ diſcipuloꝝ chriſti tui. ꝑ ſpm̃ſcm̃
corda ſuccendit. Per eũdẽ. eiuſdẽ.

Cõ. Spiritus vbi vult ſpirat et
vocẽ eiꝰ audis all'a. ⁊ neſcis vñ ve
niat aut quo vadat all'a all'a all'a.

S umpſimꝰ dñe ſa- Cõplenda.
cri dona myſterij hũiliter depcan
tes. vt q̇ i tui cõmemoracione nos
facere p̃cepiſti: in noſtre ꝓficiant
infirmitatis auxiliũ. Qui viuis.

Sabbato. iiij. tpm Introitus.

C haritas dei diffuſa ẽ in cor
dibus veſtris all'a ꝑ inhabi
tantẽ ſpm̃ eiꝰ in vobis all'a all'a.

Ps. Dñe deꝰ ſalutis mee i die cla
maui et nocte corã te. G loria in
excelſis dicit. Nõ dr F lectamꝰ ge.
ꝓpter feſtũ. nec D ñs vo. ſed Ore
mus. Collecta

M entibꝰ noſtris q̄s dñe ſpiritũ
ſanctũ benignꝰ infũde. cuiꝰ ⁊
ſapiencia ꝯditi ſumꝰ. et ꝓuidẽcia
gubernamur. Per. eiuſdem.

Lectio Johelis prophete. ij.

H ec dt dñs deꝰ. Effundã ſpm̃
meũ ſuper oẽm carnẽ: et ꝓ/
phetabũt filij veſtri et filie veſtre
Senes vr̃i ſompnia ſompniabũt
et iuuenes vr̃i viſiones videbunt
Sed et ſuꝑ ſeruos meos ⁊ ãcillas
meas in diebꝰ illis: effundã de ſpi
ritu meo ⁊ ꝓphetabũt. Et dabo ꝓ/
digia in celo ſurſum. ⁊ ſigna i ter/
ra deorſum. ſanguinẽ ⁊ ignẽ ⁊ va
porẽ fumi. Sol conuertet' in tene/
bras. ⁊ luna in ſanguinẽ: anteq̄
veniat dies dñi magnꝰ ⁊ horribil'.
Et erit ois quicũq; inuocauerit no/
men dñi: ſaluus erit.

A ll'a. v. Emitte ſpm̃ tuũ ⁊ crea
bũtur et renouabis faciẽ terre.

I llo nos igne q̄s Collecta.
dñe ſpũſſanctꝰ inflãmet. quẽ
dñs noſter ihs chriſtus miſit i ter/
rã. ⁊ voluit vehemẽter accendi Q
tecũ in vnitate eiuſdem.

Lectio libri Leuitici. xxiij.

I N diebꝰ illis. Locutus eſt dñs
ad moyſen dicẽs. Loquere fi-
lijs iſrl': ⁊ dices ad eos. Cũ ingreſſi
fueritis terrã quã ego dabo vob.
et meſſueritis ſegetẽ: feretis ma/
nipulos ſpicaꝝ: primicias meſſis
veſtre ad ſacerdotẽ. Qui eleuabit
faſciculũ corã dño. vt acceptabilis
ſit ꝓ vobis altera die ſabbati. et

ſanctificabit illũ. Numerabitiſ er/
go ab ipſo die i quo obtuliſtis ma
nipulos ꝑmiciaꝝ ſeptẽ hebdoma
das plenas vſq; ad alterum diẽ ex
plecionis hebdomade ſeptime. et
ſic offeretis ſacrificiũ nouũ dño ex
oĩbus habitaculis veſtris: pa/
nes primiciaꝝ duos. de duabꝰ deci
mis ſimile: q̃s eleuabit ſacerdos
corã dño. et vocabitis hunc diẽ ce/
leberrimũ atq; ſanctiſſimũ. Oĩe
opus ſeruile nõ facietis in eo. Le/
gitimũ ſempiternũ erit: in cũctis
habitaculis et generacionibꝰ ve/
ſtris. Dicit dñs oĩpotens.

Alla. v. Verbo domi celi firma
ti ſunt: et ſpiritu oris eiꝰ oĩs virtꝰ
eoꝝ. Oremus. Collecta.

Deus qui ad aiaꝝ medelã ie/
iunij deuociõe caſtigari cor
pora ꝑcepiſti. cõcede nobis ꝓpiciꝰ:
et mẽte et corꝑe ſemꝑ tibi eẽ deuo
tos. P. Lcõ libri Deutrono. xxvi.

In diebꝰ illis. Dixit moyſes fi
lijs iſrahel. Audi iſrahel que
ego ꝑcipio tibi hodie. Cũ intraue/
ris terrã quã dñs deus tuꝰ tibi da
turus ẽ poſſidendã et obtinueris
eã atq; habitaueris in illa. tolles
de cũctis frugibꝰ tuis primicias ⁊
pones in cartallo. ꝑgeſq; ad locũ
quẽ dñs deꝰ tuus elegerit vt ibi i/
uocetur nomen eius. accedeſq; ad
ſacerdotẽ qui fuerit in diebꝰ illis ⁊
dices ad eũ. Profiteor hodie corã
dño deo tuo q̃ exaudiuit nos. ⁊ reſ
pexit hũilitatẽ noſtrã ⁊ laborẽ at/
q; anguſtiã: et eduxit nos de egyp
to in manu forti ⁊ brachio extẽto i
ingenti pauore in ſignis atq; por/
tentis. ⁊ introduxit ad locũ iſtũ. et
tradidit nobis terrã: lacte ⁊ melle
manantẽ. Et idcirco nũc offero ꝑ/
micias frugũ terre quã dñs deus
dedit michi. Et dimittes eas in cõ/
ſpectu dñi dei tui. Et adorato dño
deo tuo epulaberis in oĩbꝰ bonis
tuis: q̃ dñs deꝰ tuus dederit tibi.

Alla. vſ. Paracleꝰ ſpũſſanctꝰ
quẽ mittet pat̃ in noĩe meo ille
vos docebit oẽm veritatẽ. Coll.

Preſta qũs oĩps deus. vt ſalu
taribus ieiunijs eruditi. ab
oĩbus eciã vicijs abſtinẽtes ꝓ/
piciacionẽ tuã facilius ĩpetremꝰ.
P. Lectio libri Leuitici. xxvi.

In diebus illis. Dixit dñs ad
moyſen. Loquere filijs iſra/
hel. Si in ꝑceptis meis ãbulaue/
ritis et mandata mea cuſtodieri/
tis et feceritis ea: dabo vobis plu
uiã tẽporibꝰ ſuis. et terra gignet
fructũ ſuum. et pomis arbores re
plebũtur. Apprehendit meſſiũ tri/
tura vindemiã: et vindemia occu
pabit ſementẽ. Et comedetis pa/
nem veſtrum in ſaturitate: et abſ
q; pauore habitabitis in terra ve
ſtra. Dabo pacem in finibus ve/
ſtris: dormietis et non erit qui

exterreat. Auferā malas beſtias:
et gladius nō trāſibit termios ve
ſtros. Perſequemī iīmicos vr̄os:
et corruēt corā vobis Perſequent
ꝗnqꝫ de veſtris centū alienos ⁊ cē
tū ex vobis decē milia. Cadēt iīmi
ci veſtri ī conſpectu vr̄o gladio: re
ſpiciā vos et creſcere faciā. multi/
plicabimi et firmabo pactū meū
vobiſcū. Et comedetis vetuſtiſſi/
ma veteꝝ: ⁊ vetera nouis ſupue/
niētibꝰ ꝓijcietis. Ponā taberna/
culū meū in medio vr̄i. ⁊ nō abijci
et vos vltra aīa mea. Et ābulabo
inter vos et ero veſter deꝰ: voſqꝫ
eritis ꝓpl̄s meus. Dicit dn̄s ops.
Allīa. ꝟ. Veni ſancte ſpiritus re
ple tuoꝝ corda fideliū: et tui amo/
ris in eis ignem accēde Collecta.
Preſta[illegible]s ops deus ſic nos ab
epulis carnalibꝰ abſtinere:
vt a vicijs irruentibus pariē ieiu
nemus. P. Lcō danielis ꝓphe.
Angelus dn̄i deſcendit. R̄. ante
Gloria in ex. Nō dicitur hymnus
ſed Allīa. ꝟ. Benedictꝰ es dn̄e de
us patꝝ noſtroꝝ ⁊ laudabilis in ſe
cula. Hic dicit. Dn̄s vobiſcum
Deus q̄ tribꝰ Oremꝰ Coll.
pueris mitigaſti flāmas ig
nium concede ꝓpicius: vt nos fa/
mulos tuos non exurat flamma
vicioꝝ. Per dn̄m noſtrum.
In diebꝰ Lcō act. apl̄oꝝ. xiij.
illis Conuenit vniuerſa ciui
tas audire verbū domini. Viden/
tes aūt iudei turbas: repleti ſunt
zelo: et contradicebāt hijs q̄ a pau
lo dicebātur. blaſphemātes. Tūc
cōſtanter paulus et barnabas di
xerūt. Vobis oportebat ꝑmū loq̄
verbum dei: ſed qm̄ repulistis il/
lud et indignos vos iudicaſtis et/
ne vite. ecce cōuertimur ad gētes.
Sic em̄ precepit nobis dominus.
Poſui te in lucem gētibus: vt ſis
in ſalutē vſqꝫ ad extremū t̄re. Au/
dientes aūt gentes gauiſe ſunt et
glorificabāt verbū domini. et cre/
diderūt quotquot erāt preordina
ti ad vitam eternā. Diſſeminaba
tur autē verbū domini ꝑ vniuer/
ſam regionē. Judei autē concita/
uerunt religioſas mulieres ⁊ ho/
neſtas et primos ciuitatis. et exci/
tauerūt perſecucionē in paulum
et barnabā: et eiecerūt eos de fini
bus ſuis. At illi excuſſo puluere pe
dum in eos venerūt yconiū Diſci
puli quoqꝫ replebātur gaudio: et
ſpiritu ſancto.
Allīa. ꝟ. Laudate dn̄m oēs gē
tes et collaudate eū oēs populi.
Allīa repetat. Sequēcia. Veni
ſancte. lxxvi. Euangeliū. Sur/
gens ihesus de ſynagoga: introi/
uit. R̄. xxxviij. Offer.
Confirma hoc deus qd̄ operatꝰ
es in nobis a templo tuo qd̄ eſt in
iheruſalem tibi offerēt reges mu

nerā alleluia. Secreta.
Ut accepta tibi ſint dñe nr̄a ieiu
nia: preſta nobis q̄s huius mune
re ſacramēti purificatū tibi pect⁹
offerre. P. Cō. Non vos relin
quā orphanos veniā ad vos itez
alla. et gaudebit cor veſtꝛ al. alla.
Prebeāt nobis dñe Cōplenda.
diuinū tua ſancta feruorē: quo eo
rū paritͤ et actu delectemur ꝛ fru
ctu. P. Ite miſſa eſt alleluia.
In octaua penthecoſtes Introit⁹.
Spirit⁹ dñi reple. .xxv. Collec
ta. Deus q̄ hodierna die. vt in
die ſancto. Lectio libri Apocalip/
ſis beati Johannis apoſtoli. iiij.
In dieb⁹ illis. Vidi oſtiū aper
tū i celo. ꝛ vox prima quā au
diui tanq̄ʒ tube loquētis mecū di/
cens. Aſcende huc. ꝛ oſtendā tibi q̄
oportet fieri cito poſt hec. Statim
qʒ fui in ſpiritu. Et ecce ſedes poſi
ta erat in celo ꝛ ſupra ſedē ſedens
Et q̄ ſedebat ſimilis erat aſpectui
lapidis iaſpidis ꝛ ſardinis Et iris
erat in circuitu ſedis ſimilis viſio
ni ſmaragdine. Et i circuitu ſedis
ſedilia vigintiquatuor. ꝛ ſup̄ thro
nos vigītiq̄tuor ſeniores ſedētes
circūamicti veſtimētis albis: ꝛ in
capitibus eoꝝ corone auree. Et de
throno procedebāt fulgura: et vo
ces et tonitrua: et ſeptem lampa/
des ardentes ante thronū qui ſūt
ſeptem ſpiritus dei. Et in ꝯſpectu
ſedis tanq̄ʒ mare vitreū ſimile cri
ſtallo. Et in medio ſedis ꝛ in circu
itu ſedis: quatuor animalia ple/
na oculis ante et retro. Et aīal p̄/
mū: ſimile leoni. Et ſecūdum ani/
mal: ſimile vitulo. Et terciū aīal
habens faciem quaſi homis. Et
quartū animal ſimile aquile vo/
lanti. Et quatuor aīalia ſingula
eoꝝ habebāt alas ſenas: et in cir/
cuitu et intus: plena ſunt oculis.
Et requiē non habebāt die ac noc
te dicētia. Sanctus. ſanct⁹. ſanct⁹
domin⁹ deus om̄ipotēs. qui erat
et qui eſt: ꝛ qui vēturus eſt. Et cū
darent illa animalia gloriā et ho/
norem et benedictionē ſedenti ſu/
per thronū viuenti in ſecula ſecu/
loꝝ: p̄cidebāt vigintiq̄tuor ſenio/
res ante ſedentē in throno: ꝛ ado
rabant viuentē in ſecula ſeculoꝝ
Amen. Scdm̄ Johānem. iij.
In illo tp̄e Erat homo ex pha
riſeis nycodem⁹ noīe: prin/
ceps iudeoꝝ. Hic venit ad iheſum
nocte: et dixit ei. Rabbi ſcim⁹ quia
a deo veniſti magiſter. Nemo eīm
poteſt hec ſigna facere que tu fa/
cis: niſi fuerit deus cū eo. Reſpon
dit iheſus: et dixit ei. Amen amen
dico tibi: niſi q̄s nat⁹ fuerit denuo
nō poteſt videre regnū dei. Dicit
ad eū nycodemus. Quomodo po
teſt homo naſci cum ſit ſenex? Nū
quid poteſt in ventrem matris

ſue iterū introire et naſci? Reſpon/
dit iħs. Amen amen dico tibi: niſi
quis renat⁹ fuerit ex aqua ⁊ ſpiri
tu: nō poteſt introire in regnū dei
Quod natū eſt ex carne caro eſt: ⁊
qđ natū eſt ex ſpiritu: ſpiritus eſt.
Non mireris quia dixi tibi: oportet
vos naſci denuo. Spirit⁹ vbi vult
ſpirat: ⁊ vocē eius audis: ſed non
ſcis vnde veiat aut quo vadat Sic
eſt oīs qui natus ē ex ſpiritu. Reſ/
pondit nycodem⁹: et dixit ei. Quō
poſſunt hec fieri? Reſpōdit iħs et
dixit ei. Tu es magiſter in iſrahel.
et hec ignoras? Amē amen dico ti/
bi: qꝛ qđ ſcimus loqmur. ⁊ qđ vidi
mus teſtamur. ⁊ teſtioniū noſtrū
nō accipitis. Si terrena dixi vobꝭ ⁊
nō creditis. quō ſi dixero vobis ce/
leſtia credetis? Et nemo aſcendit ī
celū niſi q̄ deſcēdit de celo: fili⁹ ho/
minis q̄ eſt in celo. Et ſic moyſes
exaltauit ſerpētem in deſerto: ita
exaltari oportet filiū hoīs: vt oīs
qui credit in ipſum nō pereat: ſed
habeat vitā eternam.

## De ſancta Trinitate Introitus.

Benedicta ſit ſācta tri
nitas atq; īdiuiſa v/
nitas. confitemini ei
quia fecit nobiſcū mi
ſericordiam ſuam. Ps. Benedi/
camus patrē et filiū cum ſancto
ſpiritu. Collecta.

Omnipotēs ſempiterne de⁹:
qui dediſti famulis tuis in
cōfeſſione vere fidei eterne trini/
tatis gloriā agnoſcere. ⁊ in poten
cia maieſtatis adorare vnitatē q̄s
vt eiuſdē fidei firmitate: ab oībus
ſemper muniamur aduerſis. P.
Frēs. Ad Romanos. xi.
O altitudo diuiciarū ſapiēcie et
ſciencie dei: q̄ incōprehēſibilia ſūt
iudicia ei⁹. ⁊ inueſtigabiles vie ei⁹.
Quis eñ cognouit ſenſum domi
ni. aut q̄s cōſiliarius ei⁹ fuit? Aut
quis prior dedit illi. ⁊ retribuetur
ei? Qm̄ ex ipſo et per ipſum ⁊ ī ip/
ſo ſunt oīa: ipſi honor et gloria
in ſecula ſeculorū amen. Grad.
Benedictus es dñe qui intueris
abyſſos et ſedes ſuper cherubin
V. Benedictus es in throno reg/
ni tui et laudabilis in ſecula.
Alleluia. V. Benedictus es dñe
de⁹ patrū nrōrū et laudabilis i ſecu
la. Vel Alla. V. Omniū in te
credenciū ſuſcipe vota trinitas al
ma tibi gloria et laus eterna.
Sequencia. vl' f. lxxxvj
Benedicta ſemꝑ ſancta ſit tri/
nitas deitas ſcilicet vnitas
coequalis gloria. Pater fili⁹ ſan
ctus ſpiritus tria ſunt noīa oīa
eadē ſubſtācia Deus genitor de
us genit⁹ in vtroq; ſacer ſpiritus
deitate ſocia Nō tres tamē dij ſūt
deus ver⁹ vn⁹ eſt ſic pať dñs filius



Itē de ſcto ſpū Introitus qn tenet' dnicis diebus Spūs dni Re
qre infra poſt comune ſcoꝝ folio: Lxvj: CXVI.

ſto Spu.

ſpiritusq̨ ſanctus. Proprietas i
perſonis unitas eſt et in eſſencia.
Maieſtas par et poteſtas decus
honor eque per omnia. Sidera
maria continet arua ſimul ⁊ uni
uerſa cōdita. Quem tremūt im
pia tartara colit quoq̨ quē ⁊ abyſ
ſus infima. Nunc oīs vox atq̨ li/
gua fateatur hunc laude debita.
Quē laudat ſol atq̨ luna digni/
tas adorat angelica. Et nos voce
precelſa om̄es modulemur orga/
nica cātica dulci melodia. Et pa ⁊
epa nunc ſimul iubilem⁹ altithro
no dn̄o laudes in excelſis. O ado/
randa trinitas. O venerāda v/
nitas. Per te ſum⁹ creati vera e/
ternitas. Per te ſum⁹ redemp/
ti ſumma tu charitas. Populū
cunctū tu protege ſalua libera eri
pe et emūda. Te adoram⁹ om̄i/
potēs tibi canim⁹ tibi laus ⁊ glo/
ria. Per infinita ſecula ſeculoꝝ.
Euāgelium. Cum venerit para
clytus. Dn̄ica poſt aſcenſionē.

vts in vigilia
penthecoſtes
folio: lxxv:
Credo dicit[ur]

lxxv // Offer. Benedict⁹ ſit deus
pater unigenitusq̨ dei fili⁹ ſanct⁹
quoq̨ ſpirit⁹ quia fecit nobiſcū mi/
ſericordiā ſuam. Secreta.
Sanctifica q̄s dn̄e de⁹ noſter ꝑ
tui ſancti noīs inuocacionē. ⁊ per
unigeniti tui virtutē hui⁹ oblacio
nis hoſtiā: et cooperāte ſpiritu ſā/
cto per eam noſmetipſos tibi per
fice mun⁹ etn̄ū. P. eiuſ. De trinitate
Pſ̄facio

Qui cū vnigent. All. Benedi/
cite deū celi et corā om̄ibus viuēti
bus cōfitemini ei quia fecit nobiſcū
miſericordiam ſuā. Cōplenda.
Proficiat nobis ad ſalutē corpo
ris et aīe dn̄e deus hui⁹ ſacramēti
ꝑcepcio: et ſempiterna ſancte tri/
nitatis eiuſdemq̨ indiuidue vni/
tatis cōfeſſio. Per dominū.

De Corpore chriſti Introitus

Cibauit eos ex adipe
frumēti all'a et de pe
tra melle ſaturauit
eos all'a al. all'a. Pſ̄.
Exultate deo adiutori noſtro iubi
late deo iacob. Collecta.
Deus qui nobis ſub ſacramē
to mirabili paſſiōis tue me
moriā reliquiſti. tribue q̄s. ita nos
corpis ⁊ ſanguīs tui ſacra myſte/
ria venerari: ut redempciōis tue
fructū i nob iugit' ſenciam⁹. Q vi.
Ad Corinthios. prima. xi.
Fratres. Ego eī accepi a dn̄o qđ ⁊
tradidi vob: qm̄ dn̄s noſter
ihs chriſt⁹ in q̄ nocte tradebat'. ac/
cepit panē grās agēs fregit et di/
xit. Accipite ⁊ mādūcate. Hoc ē cor
pus meū qđ ꝓ vobis tradet'. Hoc
facite in meā ꝯmemoracionē. Si/
milit' ⁊ calicē poſtq̄ꝫ cenauit dicēs.
Hic calix nouū teſtamētū ē i meo
ſanguine hoc facite q̄ciēſcūq̨ ſu
mitis in meam cōmemoracionē.

Quocienſcūq; em̄ mãducabit᷒ pa
nem hūc et calicē bibetis mortem
dn̄i annūciabitis donec veiat Ita
q̄ quicūq; mãducauerit panē hunc
vel biberit calicē dn̄i indigne: re᷒
erit corpis ⁊ ſanguinis dn̄i. Pro/
bet aūt ſeipſum hō ⁊ ſic de pane il
lo edat. et de calice bibat. Qui em̄
mãducat et bibit indigne: iudiciū
ſibi mãducat et bibit. Non diiudi/
cans corpus dn̄i. Grad.
Oculi oīm in te ſperāt dn̄e et tu
das illis eſcā in tpe oportuno. ṽ.
Aperis tu manū tuā et imples oē
aīal benedictione. Alla. ṽ. Ca/
ro mea vere ē cib᷒ et ſanguis me᷒
vere eſt potus qui mãducat meā
carnē et bibit meū ſanguinē i me
manet et ego in eo. Sequencia.
Lauda ſyon ſaluatorē lauda
ducem et paſtorē i hymnis
et canticis. Quãtum potes tan/
tum aude quia maior omni lau/
de nec laudare ſufficis. Laudis
thema ſpecialis panis viuus ⁊ vi
talis hodie ꝓponitur. Quem in ſa
cre menſa cene turbe fratꝝ duode
ne datū non ambigit᷑. Sit laus
plena ſit ſonora ſit iocūda ſit deco
ra mentis iubilacio. Dies em̄ ſo/
lempnis agitur in qua menſe pri
ma recolitur hui᷒ inſtitucio. In
hac mēſa noui reg᷒ nouū paſcha
noue legis phaſe vetus termiāt.
Vetuſtatem nouitas vmbrā fu/
gat veritas noctem lux illumiat.
Quod in cena chriſtus geſſit faci
endū hoc expreſſit in ſui memoriā
Docti ſacris inſtitutis panem vi
nū in ſalutis ꝯſecramus hoſtiam
Dogma datur chriſtianis qđ in
carnē tranſit panis ⁊ vinū in ſan
guinem. Quod nō capis quod nō
vides animoſa firmat fides preť
rerꝝ ordinem. Sub diuerſis ſpe/
ciebus ſignis tantū et nō reb᷒ la/
tent res eximie. Caro cibus ſan/
guis potus manet chriſtus tamē
totus ſub vtraq; ſpecie. A ſumē
te non cōciſus nō cōfractus nec di
uiſus integer accipit᷑. Sumit vn᷒
ſumūt mille quantū iſti tantū ille
nec ſumptus aſſumit᷑. Sumūt
boni ſumūt mali ſorte tamē ineq̄/
li vite vel interitus. Mors eſt ma
lis vita bonis vide paris ſumpcō
nis q̄ ſit diſpar exitus. Fracto
demū ſacramento ne vacilles ſed
memēto tantū eſſe ſub fragmēto
quãtum toto tegit᷑. Nulla rei fit
ſciſſura ſigni tantū fit fractura q̄
nec ſtatus nec ſtatura ſignati mi/
nuitur. Ecce panis angelorꝝ fa/
ctus cibus viatorꝝ vere panis fili
orū non mittēdus canib᷒. In figu
ris preſignat᷑ cū yſaac imolat᷑ ag/
nus paſche deputat᷑ datur māna
patrib᷒. Bone paſtor panis ve/
re iħu noſtri miſerere tu nos paſ/
che nos tuere tu nos bona fac vi/

dere in terra viuēciū. Tu q̄ cūcta
ſcis et vales q̄ nos paſcis hic mor-
tales tuos ibi cōmenſales cohere
des et ſodales fac ſanctoꝝ ciuium

IN il.t.D.i. S Johem.vi.
diſ.ſu.ꝛ turbis iudeoꝝ. Caro
mea vere eſt cibus: et ſanguis me
us vere eſt pot⁹ Qui mādu cat me
am carnē et bibit meū ſanguinē:
in me manet et ego in illo. Sicut
miſit me viuēs pater: et ego viuo
ꝓpter patrem Et qui mādu cat me
et ipſe viuet ꝓpter me Hic ē panis
qui de celo deſcendit. Non ſicut pa
tres veſtri māducauerūt māna:
et mortui ſunt. Qui māducat hūc
panē: viuet in eternū. Credo dr̄.

Offer. Sacerdotes incēſum do
mini et panes offerūt deo et ideo
ſancti erūt deo ſuo et nō polluent
nomen eius all'a. Secreta.

E cleſie tue qm̄s dn̄e vnitatis et
pacis ꝓpicius dona concede: q̄ ſub
oblatis mūerib⁹ myſtice deſignā/
tur. P. Prefatio. Q uia ꝑ incar.

Cō. Quocienſcūq; māducabitis
panē hūc ꝛ calicē bibet⁹ mortē dn̄i
ānūciabitis donec veniat itaq; q̄/
cūq; mūducauerit panē vel bibe-
rit calicē dn̄i indigne re⁹ erit corpo
ris et ſanguinis dn̄i alleluia.

F ac nos queſum⁹ Cōplenda.
dn̄e diuinitatis tue ſempit̄na fru
icione repleri: quā precioſi corpis
et ſanguis tui tpalis pceptio pre/
figurat. Qui viuis. Dn̄ica pma
poſt penthecoſtes Introitus.

D Omine in tua miſericordia
ſperaui exultauit cor meū i
ſalutari tuo cātabo dn̄o qui bona
tribuit michi. Ps. Vſquequo do
mine obliuiſcer⁹ me in finē vſque
quo auertis faciē tuam a me.

D eus in te ſperāciū Collec.
fortitudo. adeſto ꝓpici⁹ inuo
cacionib⁹ nr̄is: et q̄a ſine te nichil
pōt mortalis īfirmitas. p̄ſta auxi/
liū gracie tue: vt in exequēdis mā
datis tuis et volūtate tibi ꝛ actio/
ne placeam⁹. Per dominū.

Lcō epl'e bti Johis apl'i. pma. iiij.

C hariſſimi. De⁹ caritas ē. In
hoc apparuit charitas dei in
nobis: qm̄ filiū ſuū vnigenitū mi
ſit de⁹ in mūdū. vt viuam⁹ ꝑ eum
In hoc ē charitas. nō q̄ſi nos dilex
erim⁹ deū. ſed qm̄ ipſe prior dilexit
nos: ꝛ miſit filiū ſuū ꝓpiciacionē ꝑ
peccatis nr̄is. Chariſſimi. ſi de⁹ di
lexit nos: ꝛ nos debem⁹ inuicē dili
gere. Deū nemo vidit vnq̄. Si di
ligam⁹ inuicē de⁹ in nob manet: ꝛ
charitas ei⁹ in nob ꝑfecta ē. In h̄ i
telligim⁹ qm̄ i eo manem⁹. ꝛ ipſe i
nob: qm̄ de ſpū ſuo dedit nobis Et
nos vidim⁹ ꝛ teſtificamur: qm̄ pr̄
miſit filiū ſuū ſaluatorē mūdi. Si
quis cōfeſſus fuerit qm̄ ihs ē fili⁹
dei: de⁹ in eo manet ꝛ ipſe in deo.
Et nos ꝯgnouim⁹ ꝛ credim⁹ chari

tati:quã hab; de⁹ in nobis. Deus charitas ē. Et q̄ manet in charita/te: in deo manet. et de⁹ in eo. In h̄ pfecta ē charitas nobiscū vt fidu/ciā habeam⁹ in die iudicij. q: sicut ille ē. ita nos sum⁹ in h̄ mūdo. Ti/mor nō est in charitate: sed pfecta charitas foras mittit timorē. qm̄ timor penā hab;. Q āt timet: nō ē pfect⁹ i charitate. Nos g̊ diligam⁹ deū: qm̄ de⁹ p̊or dilexit nos. Si q̄s dixerit qm̄ diligo deū: et frēm suū oderit: mēdax ē. Q ei nō diligit fra trē suū quē videt: deū quē non vi/det quō p̄t diligē? Et h̄ mādatū ha bem⁹ a deo. vt q̄ diligit deū: diligat et frēm suū. Gra. Ego dixi dn̄e miserere mei sana aīam meā qm̄ peccaui tibi. ꝟ. Beat⁹ q̄ intelligit sup egenū ꝛ pauperē in die mala liberabit eū dn̄s. Alla. ꝟ. De⁹ iudex iust⁹ fort⁹ ꝛ paciēs nūq̄d iraſ cetur p singulos dies. Euāgeliū Homo q̄dā erat diues. Re in. xl. fe. v. p⁹ reminiſ. xxxi. Off. Intēde voci orōnis mee rex me⁹ ꝛ de⁹ me⁹ qm̄ ad te orabo dn̄e. Secre. Hostias nostras tibi domīe dica tas placat⁹ assume: et ad ppetuū nob tribue ꝑuenire subsidiū. P. Cō. Narrabo oīa mirabilia tua letabor ꝛ exultabo in te psallā noi tuo altissime. Cōplenda. Sātis dn̄e repleti mūerib⁹. p̄sta q̄s: vt et salutaria dona capiam⁹. et a tua nūq̄ laude cessemus. P.

Factus ē dn̄s Dn̄ica. ij. Int. ꝓtector me⁹ et eduxit me in latitudinē. saluū me fecit qm̄ volu it me Ps. Diligā te dn̄e virt⁹ mea dn̄s firmamētū meū ꝛ refugium meū ꝛ liberator meus Collecta Sācti noīs tui dn̄e timorē pic̄ ꝛ amorē fac nos habere ppe tuū. q: nūq̄ tua gubernaciōe desti tuis: q̄s i soliditate tue dilectionis instituis. Per dominū nostr.

Lectio ep̄le bti Johis apl̄i. p̄ma. iij. Charissimi. Nolite mirari si odit vos mūdus. Nos scim⁹ qm̄ translati sumus de morte ad vitā: qm̄ diligim⁹ fratres. Qui nō diligit: manet in morte. Oīs q̄ odit frēm suū homicida ē. Et scitis qm̄ oīs homicida: nō habet vitā etnā in se manētem. In h̄ ꝯgnouimus charitatē dei: qm̄ ille ꝓ nobis ani mā suā posuit. et nos debem⁹ pro fratrib⁹ aīas ponere. Qui habue rit substācīā mūdi ꝛ viderit fratrē suum necessitatē paciētem. ꝛ clau serit viscera sua ab eo: quomō cha ritas dei manet in eo? Filioli mei: non diligam⁹ verbo neq: lingua: sed opere et veritate. Grad. Ad dn̄m cū tribularer clamaui et exaudiuit me. ꝟ. Domine libe ra animā meā a labijs iniquis et a lingua dolosa. Alleluia. ꝟ. Diligā te domine virtus mea do/

minus firmamētū meū et refugi
um meū et liberatoꝛ meus.

**Secūdum lucam.xiiii.**

I N il.t.D.i.diſ.ſ. ſimilitudinē
hanc. Homo quidā fecit ce/
nam magnā:et vocauit multos.
Et miſit ſeruū ſuū hoꝛa cene dice/
re inuitatis vt venirēt: quia iam
parata ſunt oīa. Et ceperunt ſi
mul omnes ſe excuſare. Prim⁹ di/
xit illi. Villā emi et neceſſe habeo
exire:et videre illam. Rogo te: ha
be me excuſatū. Et alter dixit. Iu/
ga boū emi q̄nq̄ :et eo pꝛobare il/
la. Rogo te habe me excuſatū. Et
alius dixit. Vxoꝛē duxi: et ideo nō
poſſum venire Et reuerſus seru⁹
nūciauit hec dño ſuo. Tunc irat⁹
paterfamilias:dixit ſeruo ſuo Exi
cito in plateas et vicos ciuitatis:
et paupes ac debiles cecos et clau
dos introduc huc. Et ait ſeruus.
Dñe:factum ē vt imperaſti: et ad
huc locus ē. Et ait dñs ſeruo. Exi i
vias et ſepes:⁊ cōpelle intrare. vt
impleat dom⁹ mea. Dico āt vob:
qd nemo viroꝝ illoꝝ q̄ vocati ſunt
guſtabit cenā meā. **Offer.**

D ñe cōuertere et eripe aīam me
am ſaluū me fac ꝓp̄ miſericoꝛdiā
tuam. **Secreta.**

O blacio nos dñe tuo noī dicāda
purificet. ⁊ de die in diē ad celeſtis
vite transferat actionē. P. **Cō.**

C antabo dño qui bona tribuit
michi et pſallā noi dñi altiſſimi.

S umptis muneri/ **Cōplēda.**
bus domie q̄ms:vt cū frequētacō
ne myſterii creſcat noſtre ſalutis
effectus. P. **Dñica.iii.Introit⁹.**

R Eſpice i me et miſerere mei
dñe qm̄ vnicus ⁊ pauper ſū
ego: vide humilitatē meā et labo/
rem meū et dimitte oīa peccata
mea deus meus **Ps.** Ad te dñe le
uaui aīam meā deus me⁹ in te cō
fido nō erubeſcam. **Collecta.**

P rotectoꝛ in te ſperanciū de⁹.
ſine quo nichil eſt validū ni
chil ſanctū:multiplica ſuper nos
miſericoꝛdiā tuā: vt te rectoꝛe te
duce:ſic tranſeam⁹ ꝑ bona tꝑalia
vt nō amittam⁹ eterna. Per.

**Lcō epſe beati Petri apſi. ꝑma. v.**

C hariſſimi: Humiliamini ſb
potenti manu dei:vt vos ex
altet in tpe viſitacionis. Omnem
ſollicitudinē veſtrā pꝛoiciētes in
eū:qm̄ ipſi cura eſt de vobis. So/
brii eſtote ⁊ vigilate: quia aduer/
ſarius veſter dyabolus. tanq̄ leo
rugiens circuit. querēs quē deuo
ret. Cui reſiſtite foꝛtes in fide:ſciē/
tes eādem paſſionē ei q̄ in mūdo
eſt veſtre fraternitati fieri. Deus
aūt oīs gracie qui vocauit nos
in eternā ſuā gloꝛiā in chriſto ihe/
ſu modicū paſſos:ipſe ꝑficiet con/
firmabit ſolidabitq̄. Ipſi gloꝛia ⁊
imperiū:in ſecula ſeculoꝝ amen.

Grad. I acta cogitatū tuū in do
mino et ipſe te enutriet. ꝟ. Dum
clamarē ad dn̄m exaudiuit vocē
meā ab hijs qui appropinquāt mi
chi. A lla. ꝟ. Domie in virtute
tua letabitur rex. ⁊ ſuper ſaluta/
re tuū exultabit vehemēter.

I n il. t. Erāt S lucam. xv.
appropiquātes ad iħm publi
cani et peccatores vt audirēt illū.
Et murmurabāt pharifei et ſcri/
be: dicētes. Quia ħ peccatores re/
cipit ⁊ māducat cū illis. Et ait ad
illos. ꝑabolā iſtā dicens. Quis ex
vobis homo ꝙ habet centū oues.
et ſi ꝑdiderit vnā ex illis nonne di
mittit nonagitanouē in deſerto.
et vadit ad illā. ꝗ perierat. donec i
ueniat illā? Et cū iuenerit eā: īpo/
nit ī humeros ſuos gaudēs: ⁊ ve/
niēs domū ꝯuocat amicos ⁊ vici/
nos dicēs ill. Cōgratulami michi.
qꝛ iueni ouē meā ꝗ perierat. Dico
voƀ: ꝙ ita gaudiū erit in celo ſuꝑ
vno peccatore penitēciā agēte: ꝙ̄
ſuꝑ nonagitanouē iuſtis ꝙ nō in/
digēt penitencia. Aut ꝗ mulier ha
bēs dragmas decē: ⁊ ſi ꝑdideit dra
gmā vnā. nōne accēdit lucernā et
euertit domū ⁊ ꝗrit diligēt donec
inueniat? Et cū iuenerit: cōuocat
amicas ⁊ vicinas: dicēs. Cōgratu
lamī michi: qꝛ iueni dragmā quā
ꝑdiderā Ita dico vobis. gaudium
erit corā angelis dei ſuꝑ vno pec/
catore penitenciā agente. Off.
S perēt in te oēs ꝙ nouerūt no/
men tuū dn̄e qm̄ nō dereliquis ꝗ/
rentes te pſallite dn̄o ꝙ habitat in
ſpon qm̄ nō eſt oblitus oracōnem
pauperum. Secreta.
R eſpice mūera ꝗs dn̄e ſupplicā/
tis eccleſie. ⁊ ſaluti credēciū perpe
tua ſanctificacione ſumēda ꝯcede
P. Cō. E go clamaui qm̄ exau
diſti me deꝰ inclina aurē tuā et ex/
audi verba mea. Cōplenda.
S ancta tua nos dn̄e ſūpta viui
ficēt: ⁊ miſericordie ſempitne pre
parent expiatos. Per.
D Ominꝰ Dn̄ica. iiij. Intro.
